

CODEX 138. olim signatus 6/19.

*Foliorum 110, 168 : 118 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. Codicem
ornant tituli rubricati et eiusdem coloris litterae initiales, inter quas duae
sunt maiores optime delineatae.*

1º Liber (*I. et II.*) retractationum sancti Augustini episcopi.
Fol. 1—73.

Jam diu est ut facere cogito atque dispono, quod nunc adiuvante domino — alios a me dictatos retractare coepisse. *P. L. 32, 583—656.*

2º Liber sancti Augustini de poenitentia. *Fol. 73—110'.*

*Hic tractatus ex scriptis praecipue s. Hippomensis episcopi et aliorum
patrum necnon ex decretis summorum pontificum concinnatus incipit: Quam
sit utilis et necessaria poenitentiae medicina, facilissime homines intelligunt, si
homines se esse meminerint . . . Ultimum caput: Quomodo sit relaxandum
poenitenti. (rubr.) Greg. pp. in decretis suis. Nullus presbyter aut laicus
poenitentem invitet vinum bibere — quos vivos ad infernum descendere legit.*

CODEX 139. olim signatus 6/24.

Foliorum 72, 166 : 120 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abate, quod docent versus sequentes fol. 1:

Cernere te domine da Frowino sine fine,
Cui mens patrandi fuit hunc librum meditandi.

*Praeter titulos rubricatos et litteras initiales rubei coloris in capite singulorum
librorum codex omni ornatus caret.*

Domini Bernardi Claraevallensis abbatis de consideratione.

Subit animum dictare aliquid quod te, papa beatissime Eugeni — is sit
finis libri, sed non finis querendi. *P. L. 182, 727—808.*
